

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection](#)[Série C - 1616. Filippo Ferroverde, \*Mythologiae libri\* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 54 : Trois petits Amours jouent avec un lion](#)

## **Mythologia, Padoue, 1616 - 54 : Trois petits Amours jouent avec un lion**

**Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)**

**Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, *Nove Imagini degli dei* (Padoue)**

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 45 : Trois Amours jouent avec un lion](#)  a pour reproduction ce document

---

### **Informations sur la notice**

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

### **Présentation du document**

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrupaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - <https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Paginationp. 215

Exposition virtuelle[La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

---



κρυπτοῦ ἰσίου καλλιῶ δ' ἰσίου, ἡμεῖς ἀνὰ ἰεροπλάγκ-  
 τῶν,  
 νογενή, χρυσεοισίτ' ἀγ-ἀλλόμενος πτερύγεσσιν,  
 τ' αὐροβόαν, γένεσιν μακάρων, θνητῶντ' ἀνθρώ-  
 πων.

*Aethere labentem, geminū, magnimodū, vocamina,  
 Quis prior est patris, qui ex ovis, qui natet aureis  
 Alu lacatus. per quem superuimū, utimū,  
 Est genū, exortum terras in lumeni aureae.*

At idem Plato qui nullos parentes Cupidinis  
 superiū esse dixit, mox fabulam quandam hu-  
 nismodi in Symposio de Cupidinis ortu memo-  
 ravit: fama est Deos aliquando natalitia Ve-  
 neris celebrantes in caelo mensis accubuisse: tū  
 Porus consilijs & abundantijs Deus fertur ne-  
 scire paulo copiosius hausto ebrius fuisse ac Pe-  
 niam Deā paupertatis in horro Iouis inuenisse,  
 quam etiam compressit: ex eo igitur congressu  
 Penia Cupidinem postea peperit, quem Veneri  
 famulam tradiderunt, cuius nutum mandata-  
 que obseruaret: quare postea creditus est Ve-  
 neris filius. Theocritus in Hyla ē Dīs quidem  
 parētibus illum natum esse arbitratur, at ē qui-  
 bus non affirmat, propter variam ac difficillimā  
 cognitu eius originem, vt ex his patet:

οἱ γ' ἀμὴν τῶν ἑρῶτα μόροις ἔτεχ' ὡς ἐδοκί-  
 μης

*Nikiā ἄτινι τῶτο θεῶν πόκα τέκνον ἔγενετ'.*

*Non solum natus nobis est ipse Cupido  
 Vt patet à superis quicumque fuerit parentes.*

Nou defuerunt qui Cupidinem Saturni filium  
 fuisse dixerunt, vt scilicet Orpheus, quod ex ille  
 carmine significatur:

αὐτὰρ ἑρῶτα κρύος ἢ πνεύματα πάντ' ἔτεχ-  
 νωσε.

*Sunt Amor ē veni Saturni ē semine nati.*

At Sappho poetria Cupidinem caeli ac tertze  
 filium existimauit, Simonides Martis & Veneris,  
 Acuilanus Noctis & Aethens, Alexus Con-  
 tentionis & Zephyri. Idem Orpheus tamē om-  
 nes Amores, quos plures esse sensit, ē Venere  
 ortos scribit in alio hymno hoc pacto:

ὁ μέγιστος οὐρανὸν πολυώνυμον ἀφρογαστικῆς,  
 ἢ πηγῆν μεγάλην βασιλῆιον, ἢ ἀπο πάντες  
 ἀθάνατοι πτόρις εντες ἀνεβλάσθησαν ἑρῶτες.

*Captiuus Veneris, genui, fontem, perennem,  
 De quo immortales nati dicuntur Amores.*

Pausanias in prioribus Eliacis Venerem dicit  
 emergentem à Cupidine fuisse exceptam & à  
 Suida coronatam. qui idem postea in Bæoticis  
 Cupidinem omnium Deorum natum minimum  
 vulgo creditum dixit, & Veneris filium. Ci-  
 ceto lib. 3. de Natura Deorum plures Cupidi-  
 nes ē diuersis parentibus facit, vt in his scribit:  
 Cupido primus Mercurio & Diana prima na-  
 tus dicitur: Secundus Mercurio & Venere: Ter-



410